

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria b
cum fonte primo

Cur te in uoluptate tua modo non dilatas
cum te quid sequatur ignoras? Acceptum
tempus in desideriis perdere non debes
quia quam citius pertranseant nescis.
Si enim Deus misceri hominem in
uoluptate carnis nollet, in ipso humani
generis exordio masculum et feminam
non fecisset.

Augustinus libro de conflictu uiciorum.

Luxuria quoque deuictum cor quasi ex
ratione solet exhortari, cum dicit:

Cur te in uoluptate tua modo non dilatas,
cum quid te sequatur ignoras? Acceptum
tempus in desideriis perdere non debes,
quia quam citius pertranseat nescis.
Si enim misceri Deus hominem in
uoluptate coitus nollet, in ipso humani
generis exordio masculum et feminam
non fecisset.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31,
45 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1612, ll.89-95).